

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrrippinæ, 1671**

Art. unicus. An similitudo & æqualitas Divinarum Personarum sint  
relationes reales, vel rationis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

## DISPV TATIO VNDECIMA

286

*personas constitui non originibus, sed relationibus.*

76 Objicies secundò: Primum rei distinctivum est etiam ejus constitutivum: Sed generatio a Activa distinguit Patrem ab aliis personis divinis, cùm conveniat Patri, & repugnet Filio, & Spiritui sancto; & alias est prior paternitate, ut ipse fundamentum illius, & consequenter primò distinguunt: Ergo Patrem in esse personam constituit.

77 Respondeo concessa Majori, distinguendo secundam partem Minoris: est prior paternitate, sub explicito relationis concepi, concedo Minorem; sub formalitate & conceptu subsistentia seu formæ hypostaticæ, nego Minorem & Consequentiam. Licet enim distinctione practica Patri à generatione activa, sit prior illa quam præbet relatio ut referens, non tamen est prior illa quam præstat personæ Patri paternitas, ut forma hypostaticæ subsistens; & consequenter non generatione activa, sed paternitate sic sumptuā, Pater in esse personam constituitur.

Dices, Generatio passiva est prior filiatione, 78 etiam ut haber rationem subsistentia, & formæ hypostaticæ, cùm sit veluti fieri illius: Ergo Filius per originem passivam in ratione personæ constituitur.

Sed nego consequentiam: licet enim generatio passiva filiationem prædat prioritatem à quo se habet tamen ut aliquid viale & fluens, non vero ut aliquid fixum & permanens, quod ad rationem constitutivi requiritur, ut patet ex supra dictis.

79 Instabis. Licet origo passiva, sub explicito conceptu originis, se habeat per modum fluxus & viae; sub conceptu tamen subsistentis, quem implicitè importat, se habet ut aliquid fixum & permanens: Ergo sub illo conceptu implicito personam Filii poterit constitutere. Consequentia probatur: licet enim relatio non explicit rationem subsistentia & formæ hypostaticæ, quia tamen illam implicat, potest personam Filii constitutere: Ergo pariter idem poterit præstare generatio passiva.

Simile argumentum fieri potest de origine activa: quamvis enim paternitas, sub explicito relationis concepi, non constituat Patri personam, sed constitutam supponat; sub conceptu tamen subsistentis quem implicat, illum, per nos constituit in ratione personæ: Ergo pariter, quamvis origo activa sub explicito conceptu generationis & viae, non constitutat, sed supponat personam Patri, sub conceptu tamen subsistentis, quæ implicitè importat, poterit illa constituere.

80 Respondeo concessso Antecedente, negando Consequentiam: ad cuius probationem, nego similiter Consequentiam & paritatem. Ratio discriminis est: quia resipientia termini, quam relatio explicat, non repugnat inherentiæ, vel subsistentiæ; imò taliter relatio explicat respectum ad terminum, quod alterum horum perit; inherentiæ relatio creata, & subsistentiam divinam: conceptus autem explicitus viae, non perit permanentiam implicitam; ut constat in generatione creata, quæ quamvis pro explicito inhereat, non tamen permanenter inheret, sed vialiter & transiuncte: idemque de divina est dicendum, quod nemp expicit rationem viae; & licet implicit subsistentiam, & revera permanens sit; ex vitam concepius quem explicat, non exposcit permanentiam, quam exigere deberet, ut secundum conceptum implicitum subinducere posset rationem formæ hypostaticæ, & esse constitutivum personæ. Ex quo patet responsio

A ad similem instantiam, quæ de origine & via procedit, & discrimen, quod inter paternitatem & generationem activam reperiatur.

DISPV TATIO XII.

*De aequalitate, & similitudine Divinarum Personarum.*

*Ad questionem 42. D. Thoma.*

B Rætermittimus quæ de attributis notoriis, bus docet S. Thomas quæst. 41. quia de illis, & de illorum principiis disputat. 2. fidei pertractatum est, agendo de processiobus Divinarum Personarum, & solùm hic agimus de illarum aequalitate & similitudine, de qua idem sanguis Doctor disserit quæst. 42.

## ARTICULUS UNICUS.

*An similitudo & aequalitas Divinarum Personarum sint relationes reales, vel rationes.*

S. I.

Premittuntur quæ de se sunt certa, & refutatur sententia.

C **S**upponimus tanquam certum de fide, personas divinas esse inter se perfecitissime similes & æquales. Illa enim (ut docet Auctoreles, Metap. cap. 5.) similia & æqualia dicuntur, quoniam una est qualitas, & quantitas: sumendo qualitem vel strictè, prout convenientibus creaturis, largè, prout idem significat quod forma, & quantitatem, pro extensione abstractante ab extensione dimensiva, seu molis, & ab extensione perfectionis & virtutis: Sed personæ divinae in eadem divinitatis forma, & in eadem essendi imaginidine communicant: Ergo sunt perfecitissime similes & æquales. Unde in Symbolo Antimathis habetur: *Qualem Pater, talu filiu, talu spiritu sanctu.* Et ibidem personæ divine coeterae dicuntur & coæquales. Item Psal. 109. ver. 1. Filius dicitur sedere à dextris Patri. Et in fine ejusdem Psalmi è contra Pater describitur ut fedens ad dexteram Filii, subditur egiū: *Dominus à dextera tua.* Non quod personæ divinae mutent fides, & modo Filii ad dexteram Patri, modo Patri ad dexteram Filii sedat: sed ut designetur, nullum inter illas graduum aut dignitatum distinctionem, sed perfecitissimam in gloria, maiestate potestia, & perfectione inventari aequalitatem.

E Sed in contrarium obici potest hoc difficile argumentum. Cui deficit aliqua dignitas & perfectio alteri competens, non est illi æqualis in dignitate & perfectione: Sed Filio dech dignitas aliqua & perfectio Patri conveniens: Ergo in dignitate & perfectione non est Patriæ qualis. Probarit Minor: Paternitas est aliqua dignitas & perfectio: Sed illa convenit Patri, non convenit Filio: Ergo aliqua dignitas competens Patri, non

Hic argumentum variis modis occurrit hi qui censent relationes divinas perfectionem rela-

relativam ad essentiam superaddere. Sed vera A illius solitus est quam tradit D. Thomas hic art. 4. ad 7. ubi docet perfectionem, magnitudinem & dignitatem, non dici relativam, sed abolutam in Deo. Unde perfectio, magnitudo, & dignitas paternitatis, non est distincta, sed omnis, non eadem cum magnitudine, perfectione & dignitate filiationis; ac proinde, licet Filius non conveniat paternitas, convenit tamen illi magnitudo, perfectione & dignitas paternitatis. Et est communio, quavis Patri non conveniat filiatione, in eo tamen reperitur magnitudo, dignitas, & perfectione filiationis. Ex quo ulterius fit, ut cum distinctione, oppositioneque relationum, subsistat omnimodo personarum aequalitas.

B Nec valens iste: Paternitas est aliqua dignitas & perfectione; Sed paternitas convenit Patri, & non Filiis. Ergo aliqua dignitas conveniens Patri, non convenit Filiis. Non valet, inquam, ut enim docet D. Thomas mutatur ad aliquid, in quidlibet est, ex negatione relationis, infertur negatio aboluta quia licet paternitas, perfectione & dignitas sua, non est tamen dignitas aut perfectione activa, sed absoluta. Unde sicut ista consequentia: Paternitas est essentia divina: Sed paternitas convenit Patri, & non Filiis: Ergo essentia conveniens Patri, non convenit Filiis: non valet, quia essentia Patris absoluta est, paternitas vero distat. Ita consequentia facta non tenet, propter eundem defectum.

C Objecit secundus: Persona cui non convenit alterius potentia, non est illi in potentia aequalis. Sed Filius non convenit aliqua potentia Patri: Ergo non est aequalis Patri in potentia. Major pater, Minor autem probatur. Filius non convenit potentia generandi, alias posset generare aliis filios sibi similes, quod implicat: Sed haec potentia convenit Patri: Ergo Filius non convenit aliqua potentia Patri.

D Huius argumento supra dicto, 2. fuisse satisficiens, ut breviter respondeo, concessa Majori, negando Minorem. Ad probationem distinguo Majorem: Filius non convenit potentia generandi, sumptra generatione activae, concedo Majori, sumpta passivae, nego Majorem; & concessa Minor, nego Consequentiam. Nam eadem potencia est in Patre & Filio, in Patre, ut activae generantur; in Filiis, ut passivae generentur: ac proinde nulla potentia convenit Patri, quae non competit Filiis, eti non conveniat utique sub eodem respectu. Ita D. Thomas hic art. 6. ad 3. & quæst. precedenti art. 6. ad 1. ac pluribus aliis in locis.

E Intabitur: Ex hac solutione & doctrina saltem sequitur, si aliquam potentiam activam in Pater, que non sit in Filiis, & consequenter ambo non esse in potentia activa aequalis. Probatur sequela: Potentia generandi est in Patre, & non in Spiritu S. activæ vel passivæ sumptra generatione, cum Spiritu S. nec generante, nec generari possit: Ergo si ideo Pater & Filius sunt aequales in potentia, quia potentia generandi, que est in Patre ut generet, est in Filiis ut generetur, Spiritus sanctus non erit aequalis in potentia Patri.

Ad primam instantiam respondeo negando sequelam. Ad probationem distinguo Majorem est aliqua potentia activa, sumpta aboluta, nego Majorem: est aliqua potentia activa, ut modificata paternitate, concedo Majorem, & concessa Minor, nego Consequentiam. Vel distinguo Consequens: aliqua potentia activa non convenit Filiis, sumpta aboluta, nego. Ut modificata per paternitatem, concedo. Nam potentia generativa non est potentia distincta in ratione potentiae ab omnipotencia, vel intellectu Patris, sed est omnipotencia, vel intellectus prout in Patre. Unde ut potentia generandi activa, non convenit Filiis, sufficit quod illi non competit respondeo paternitatem, proinde, cum ex negatione potentiae generandi activæ infertur negatio potentiae activæ, vel neganda est consequentia; quia mutatur ad aliquid in quid, id est ex negatione relationis infertur negatio alicujus absoluti: vel claritatis gratia potest consequens data distinctione distinguiri. Ita colligitur ex doctrina Divi Thomæ hic art. 6. ad 3.

Dices: Aliqua operatio convenit Patri, quæ repugnat Filiis: Sed cai convenit operatio, convenit potentia operativa; & cui operatio repugnat, potentia operativa non convenit. Ergo aliqua potentia activa convenit Patri, quæ Filius non convenit. Probatur Major, Generatio sumpta activæ est aliqua operatio. Sed generatio sic sumpta, convenit Patri, & repugnat Filiis: Ergo aliqua operatio convenit Patri, quæ Filius repugnat.

R E spondeo negando Majorem. Ad probationem distinguo Majorem: Generatio sumpta activæ est aliqua operatio, sumpta aboluta, nego Majorem. Est aliqua operatio, ut modificata paternitate, concedo Majorem; & concessa Minor, nego Consequentiam. Vel distinguo Consequens: Ergo aliqua operatio convenit Patri, quæ Filius repugnat, sub conceptu aequalitatis & operationis, nego: quæ Filius repugnat, ut modificata relatione paternitatis, concedo. Quæ distinctione constat ex supra dictis, & traditur à D. Thoma in 1. dist. 3. 1. quæst. 1. art. 1. ad 2.

F Ad secundam instantiam nego sequelam: Ad probationem dicatur generationem sumptam passivæ considerare in passivo intelligi, connotata filiatione: licet autem filiatione non conveniat Spiritui sancto, convenit tamen illi passiva intelligi; & per consequens convenit illi generationis passiva, pro eo quod importat in reto: & quia folium id quod in reto importat, perfectionem dicit, convenit Spiritui sancto passiva generatio, quoad omnem suam perfectionem: & consequenter Spiritus sanctus aequalis est Filiis; quia defectus connotati non addentis perfectionem, aequalitatem non obstat.

G His igitur suppositis, de quibus nulla est inter Doctorum Catholicorum controversia: restat ut examinemus, an relationes similitudinis & aequalitatis divinarum personarum, reales sint, vel rationes? In cujus difficultatis resolutione duæ sunt celebres sententiae omnino opposite. Prima affirmit hujusmodi relationes esse reales in Deo, & inter se distinctas ex natura rei. Ita Scotus in 1. dist. 32. quæst. unica, quem sequuntur eius Discipuli, Rada 1. parte, controversia 26. art. 3. Smiling disp. 2. de Trinit. quæst. 3. Franciscus Felix cap. 9. de Trinit. difficult. 2. & alii.

H Secunda sententia huic opposita, nullam relationem realem, praeter quatuor relationes originis, agnoscit in Deo: unde relationem aequalitatis & similitudinis, non habet.

& similitudinis divinarum personarum afferit A esse rationis. Ita docent communiter Theologi eum D. Thoma hic art. 1. ad 4. & pluribus aliis in locis.

## §. II.

Sententia Scotti rejicitur.

**D**ico igitur, relationem æqualitatis inter di-  
vinas personas, non esse realem, sed rationis  
Probatur primò: Ut relatio sit realis, requiri-  
tur realis non solum extreborum, sed etiam fun-  
damentorum distinc̄io: Sed fundamentum æ-  
qualitatis divinarum personarum est idem, nem-  
pe magnitudo essentia, quæ est eadem numero  
in illis: Ergo quamvis realiter distinguantur per-  
sonæ, non tamen referuntur relatione reali æ-  
qualitatis; idemq; dicendum est de relatione si-  
militudinis. Minor patet, Major autem, quam  
negant Adversarii, ostenditur primò. Relatio  
non solum à subiecto dependet, sed etiam à  
fundamento: Ergo ut realis sit, requiritur realis  
non solum subjectorum, sed etiam fundamen-  
torum distinc̄io.

Præterea, Ut aliqua relatio sit realis, exigit  
realis distinc̄io subiectorum, quæ primò refe-  
runtur per illam: Sed subiecta primò relata rela-  
tione æqualitatis & similitudinis sunt fundame-  
ta; Ergo ut æqualitas aut similitudine sit realis, re-  
quiritur realis distinc̄io non solum extre-  
borum, sed etiam fundamentorum. Major est evi-  
dens, Minor autem, in qua est difficultas, suade-  
tur primò. Æqualitas, supra quam relatio æquali-  
tatis fundatur, est passio quantitatis: Ergo primò  
convenit quantitati, & ratione illius quanto; ac  
proinde quantitas est quæ primò refertur rela-  
tione æqualitatis.

Secundò, Duo quanta idèo æqualia sunt, quia  
habent quantitates æquales: Ergo idèo referun-  
tur relatione æqualitatis, quia prius quantitates,  
æqualitatem fundantes, invicem referuntur; &  
consequenter subiecta primò relata relatione æ-  
qualitatis, sunt ipsa fundamenta. Quā ratione uti-  
tur Cajetanus hic art. 2.

**12.** Relpondent Scotti, fundamenta relationis  
æqualitatis & similitudinis non referri ut  
quod, sed tantum ut quo, non formaliter (hoc e-  
nī modo sola relatio refertur) sed ut quo funda-  
mentaliter; sunt enim rationes quibus extre-  
ma constituant subiecta referibilia: ut autem  
referantur ut quo, distinc̄io realis unius funda-  
menti ab alio necessaria non est; ut constat in a-  
ctione & passione, quæ fundant relationem se-  
cundi generis, & consequenter referuntur ut  
quo, & tamen realiter non distinguuntur.

**13.** Sed contra: Duæ quantitates non solum ut  
quo, sed etiam ut quo sunt extenses; ut quo e-  
tiam sunt bicubitæ, vel tricubitæ: Ergo non solum  
ut quo, sed etiam ut quo sunt æquales; &  
consequenter non solum ut quo, sed etiam ut  
quo referuntur relatione æqualitatis. Idemque  
argumentum fit de duabus qualitatibus, quæ ut  
quo sunt intense aut remissa, & consequenter  
ut quo sunt similes vel dissimiles.

Deinde, Licet inter actionem & passionem  
non intercedat distinc̄io realis entitativa, bene  
tamen distinc̄io modalis, aut realis formalis, ut  
doceatur in Philosophia: Sed magnitudo essentie  
quæ fundat relationem æqualitatis inter perso-  
nas divinas, nullà distinc̄ione reali in Patre &  
Filio distinguitur: Ergo illud exemplum magis

confirmat, quām infirmer nostram sententiam.  
Secundò probatur conclusio: Ex sententia Scotti  
sequitur dari in Deo predicata realia solo nu-  
mero distincta: Consequens est falsum: Ergo &  
Antecedens. Sequela patet: Relatio æqualitatis,  
quæ Pater respicit Filium, solum numero dif-  
fingit ab altera relatione, quā Filius respicit Pa-  
terem: sicut relations similitudinis, quibus Pe-  
terus & Paulus ad invicem referuntur, distingui-  
tur solum numero: Ergo si relations illæ sunt  
reales, dantur in Deo formalites, & predican-  
realia, solum numero distincta. Falsitas autem  
Consequentis ostenditur primò. Distinctio so-  
lum numero à materia desumitur, ut doce D.  
Thomas pluribus in locis: Sedit Deonon et  
materia: Ergo nec distinctio numerica.

Secundò, Quæ solum numero different, sunt  
composita compositione metaphysicæ ex aucta  
potentia: Sed talis comparsatio repugnat Deo, cū  
sit actus purissimus: Ergo & numerica distinctio.

Tertiò, Cui essentialis est singularitas, repu-  
git multiplicatio numerica; unde probat Theologi  
Deum non posse numero multiplicari, quia  
essentialiter est singularis: Sed singularitas est de  
essentia cuiuslibet praedicati divini: Ergo implic-  
at esse in Deo praedicata realia solum numero  
distincta, Major patet, Minor autem probatur.  
Quodlibet praedicatum divinum est ens à se, &  
per essentiam: Sed enī à se & per essentiam, sicut  
existentia essentialiter convenit, ita & singulari-  
tas, quam existentia supponit: Ergo & singulari-  
tas est de essentia cuiuslibet praedicati divini.

Quartò, Quod praedicatum aliquod numero  
multiplicetur, ex limitatione provenit, ratione  
cujus non continet quidquid pertinet ad speciem;  
sunt totam perfectiōem speciei; unde Petrus,  
quia numericè à Paulo distinguitur, limitat na-  
turam speciei participat: Sed limitatio repugnat  
omni praedicato divino: Ergo implicat esse in  
Deo praedicata realia, solum numero distincta.

Deniq; falsitas supradictæ sequela probatur:  
Omnis Dei formalitas est per se ipsum indivi-  
dua: Sed quod per se ipsum individuum est, non  
potest multiplicari numero: Ergo nulla Dei for-  
malitas potest numero multiplicari. Minor patet,  
Major autem probatur. Quod per se ipsum  
individuum non est, individuar ut aliud: Sed  
nulla Dei formalitas potest per aliud individu-  
ri, alias resultare in Deo compositione, cū omne  
quod ex alio & alio coalecit, compositum sit.  
Ergo omnis Dei formalitas, & non praedicata  
realia, individuum est per se ipsum, Quo  
argumento usus est D. Thomas i. contra Gen-  
tes cap. 42. ut probaret Deum esse unum.

Tertiò probatur conclusio ex alio absurdio &  
inconveniente, quod sequitur ex Scotti sententia:  
Sicuti æqualitas & similitudo divinarum per-  
sonarum esentia relationes reales, sequentes in  
deo dat plures relationes reales quam quantitas.  
Consequens est falsum, & contra communem  
Theologorum sententiam: Ergo & Antecedens.  
Sequela Majoris est evidens: nam relationes  
æqualitatis & similitudinis sunt reales, & à rela-  
tionibus originis formaliter ex natura rei dis-  
tinctæ, ut docent Scottus & eius Discipuli: Ergo  
dantur in Deo plures relationes reales quam  
quantitas: unde ipse Scottus loco sopra citato  
in qualibet persona divina duas relationes simili-  
tudinis, duas æqualitatis, & duas idenitatis  
constituit, quarum unâ ad ipsam personam, &  
altera ad aliam referuntur: ex quibus resultat

decem & octo relationes reales ; & adjunctis quator relationibus originis, resultant viginti duae relationes reales in Divinis. Imò ulterius recta numerum attributorum, quæ in sententia Scoti ex natura rei differunt inter se, & ab essentia, relationes reales similitudinis deberet multiplicari. Quæ omnia (ut inquit Vazquez) frivola sunt, & à communī Theologorum sensu penitus aliena.

## §. III.

*sentistarum fundamenta solvuntur.*

A Rgum in primis Scotii Discipuli contra præcedentem conclusionem. Si æqualitas personarum relatio realis nō est, maximè quia fundamentum illius, nempe magnitudo efficiens, non distinguuntur realiter in personis diversis. Sed hæc ratio nulla est: Ergo æqualitas personarum est relatio realis. Major est præcipuum fundamentum nostræ sententiae. Minorem vero multipliciter ostendit. Primo, quia paternitas & filiatio in creaturis sunt relationes reales. Sed fundamentum paternitatis non distinguuntur realiter à fundamento filiationis: Ergo relationes sunt reales non est necessaria distinctio realis fundamentorum. Probatur Minor: Fundamentum paternitatis est generatio activa, & fundamentum filiationis passiva generatio. Sed actio & passio realiter non distinguuntur. Ergo fundamentum paternitatis creatæ nō distinguuntur realiter à fundamento filiationis. Simile argumentum fieri potest de paternitate, filiatione divina. Fundamentum enim paternitatis divinae est ipsum intelligere, filiationis vero ipsum intelligi: Sed actualis intellectus in Deo non distinguuntur realiter à passivo intelligi. Ergo fundamenta paternitatis & filiationis divinae non sunt realiter distincta.

Secondo probatur Minor principalis. Relatio æqualitatis fundatur in unitate quantitatis: Sed quando quantitas, vel magnitudo est una numerus diversis subjectis, est major unitas: Ergo est perfectus relationis æqualitatis fundamen-  
tum. Et per consequens, si quando quantitates aut magnitudines sunt diversæ in subjectis, resultat in illis relatio realis æqualitatis, à fortiori illa exergit, quando unica tantum quantitas, aut magnitudo in illis reperitur.

Tertio, cum fundamenta relationum æqualitatis realiter multiplicantur, non fundant quantitas distincta sunt, sed quatenus unum; alias nō fundantur relationem æqualitatis, sed diversitatis: Ergo quando non multiplicantur realiter, fundant relationem realem. Patet Consequen-  
tia: nam posita causa etiam consurgit effectus: Ergo si causa realitatis relationis est unitas magnitudinis, & unius distinctio ab alia materialiter se habet: posita unitate magnitudinis, & secundæ distinctione, realis consurgit relatio.

Denique Minor principalis suadetur. Si ea-  
dem numero quantitas constituantur in diversis subjectis, illa se respicient relatione reali æqua-  
litatis; & tamen fundamentum in tali casu erit unus numero in illis: Ergo unitas essentiæ in tribus personis divinis nō obstat, quominus re-  
latione reali æqualitatis invicem referantur.

Respondeo concessa Majori, negando Minor.

Ad cuius primam probationem tripliciter responderi potest. In primis dici potest, funda-

mentum paternitatis & filiationis non est ge-

nerationem activam & passivam, sed potentiam

Tom. II.

A generativam, & generabilitatem passivam, quæ in creaturis realiter distinguuntur; generatione autem activam & passivam esse solum cōditiones requisitas, non ad esse prædictarum relationum, sed tantum adhuc. Quæ doctrina suaderi potest: Tùm quia fundatæ, cū nō sint causæ efficientes relationū, & illarum subiecta ut quo, pertinet durare quamdiu relations durant: genera-  
tio autem activa & passiva transeunt, & permanent relations: Tùm etiam quia funda-  
mentum debet esse in eodem subiecto, in quo est relatio fundata, cū sit ratio recipiendi illa: genera-  
tio autem activa (juxta probabilem sententiam) non in Patre, sed in Filio recipitur,  
ac proinde fundatum paternitatis non est.

B Secundo responderi potest, admisso prædictas 21.  
relations supra actionem & passionem fundari, negando Minorem: quod nempe realiter non distinguuntur; licet enim non distinguuntur realiter entitative, distinguuntur tamen realiter formaliter, vel ut alij volunt, distinctione modali; quod sufficit ut possint relations realiter distingui fundare. Nam eti distincio fundamen-  
torum ad realitatem relationis necessaria sit, nō tamē tanta debet esse in fundamentis distinc-  
tio, quanta in ipsis relationibus: ut constat in genera-  
tione activa & passiva, quæ in divinis realiter distinguitur non sunt, pro eo quod dicunt in recto, sed tantum secundum id, quod importat  
in obliquo'; & tamen paternitas & filiatio realiter distinguuntur pro recto.

C Tertiò dici potest, quod licet ad relationem 22.  
realem non sit necessaria realis fundamentorum distinctio ex conceptu relationis realis ut sic; benè tamen ex conceptu relationis primi generis, quæ in unitate fundatur; nam ut supra ostendimus, in hoc genere relationis subiecta primo relate sunt fundamenta, secus in alijs generibz;  
& id est realis fundamentorum distinctio nec-  
essaria est ad realitatem relationis primi generis,  
est ad aliarum relationum genera non requiri-  
tur. Ex quo patet solutio alterius argumen-  
ti, quod ibidem subiungitur, seu disparitas ad aliud exemplum de paternitate & filiatione di-  
vina, quod ibidem adducitur: paternitas enim  
& filiatio divina non sunt relations primi, sed  
secundi generis.

D Addo intellectiōnem divinam non absolute sumptam, sed ut connotantem paternitatem sub munere originis, fundare paternitatem sub mune-  
re referentis; & passivam intelligi non abso-  
lutè, sed prout connotans filiationem sub mune-  
re originis passivæ, fundare illam sub conceptu  
referentis; prout sic autem realiter distinguiri, si  
non pro eo, quod dicunt in recto, saltem pro eo,  
quod de connotato important.

E Ad secundam probationem Minoris princi- 23.  
palis, distinguo Majorem: Relatio æqualitatis fundatur in unitate quantitatis, singularis, nego

Majorem: in unitate plurium quantitatum, con-  
cedo Majorem. Similiter distinguo Minorem:  
quando quantitas, vel magnitudo est una in di-  
versis subjectis, est major unitas; unius singularis  
quantitatis, concedo Minorem: dñarum quanti-  
tatum, nego Minorem. & Consequentiam. Ä-  
equalitas enim, ut supra dicebamus, non est per  
se primò inter subiecta quanta, sed inter quanti-  
tates: unde petri fundari supra unitatem quā-  
titatum, ac proinde requiri unitatem cum di-  
stinctione ipsarum quantitatum.

F Ad tertiam probationem distinguo Antece- 24.  
O O dens,

dens: Non fundant quatenus distincta sunt, ly quæcunus dicente rationem formalēm fundandi, concedo Antecedens: dicente conditionem necessariam, nego Antecedens, & Consequentiam. Ad cuius probationem, distinguo Antecedens: posita causa etiam confurgit effectus, si adhuc omnes conditiones ad illius productionē necessariæ, concedo Antecedens: si deficit aliqua conditio necessaria, nego Antecedens, & Consequentiam. Itaque licet distinctione quantitatis non sit ratio formalis fundandi relationē equalitatis, & propriea non sit relatio diversitatis, quæ distinctionem tanquam rationem formalēm fundantem requirit; est tamen conditio ad illam fundandam necessaria: unde quando unitas ranta est, ut realēm quantitatū distinctionem excludat, non potest realis relatio equalitatis exurgere; & idem, si unica & eadem numero quantitas esset in duobus subjectis, relatione reali equalitatis non se respicerent; sicut nec duo parientes albi relatione reali similitudinis referrentur, si in utroque eadem numero esset albedo, ut docent nostri Thomistæ in Philosophia: per quod pater solutio ad ultimam probationem.

23. Objiciunt secundò: Si relatio equalitatis, aut similitudinis non esset realis, nec realiter distingua in personis divinis, maximè quia repugnat dari in Deo prædicata realia solo numero distincta; Sed hæc ratio nulla est. Ergo &c. Major patet ex supra dictis, Minor vero probatur. Quamvis prædicatis Dei absolutis repugnet numero multiplicari, nō tamen prædicatis relativis: Sed equalitas personarum est formalitas relativa: Ergo non repugnat illi numero multiplicari. Major probatur: Est enim prædicatis Dei absolutis repugnet multiplicatio specifica, non tamen prædicatis relativis: nam paternitas & filiatio in Divinis specie differunt: Ergo idem dicendum est de multiplicatione numerica.

24. Respondeo concessā Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem, nego Antecedens: nam quæ distinguuntur species, convenient in genere: nulla autem formalitas Deo intrinseca sub genere continetur: alias esset composita ex genere & differentia, quod actui puro repugnat. Unde paternitas & filiatio in Deo non differunt distinctione specifica, sed in essentia sunt idem; prout vero ab essentia distinctæ, & in linea relativa, se totis differunt, & primo diverse sunt sicut rerum differentiae.

25. Dices, non minus conveniunt paternitas, & filiatio divina, in ratione relationis, quam paternitas & filiatio creata: Sed quia ista convenient in genere relationis, non sunt se totis diverse, sed specificè distinctæ: Ergo paternitas & filiatio divina non distinguuntur se totis, sed distinctione specifica.

Sed nego Majorem: Nam paternitas & filiatio in creatis univocè in ratione relationis convenient; in Divinis vero solùm analogicè, analogia proportionalitatis: quia nihil potest ut genus, vel ut prædicatum univocum de Deo & creaturis dici, nec de ipsis divinis prædicatis comparatis inter se. Prima univocatio repugnat ratione dependentiæ creaturarum à Deo: secunda ob divinorum prædicatorum transcendentiam; omne enim, quod enunciatur de Deo, vel de ejus formalitatibus, transcendent ipsas, nec ab eis potest perfectè præscindī; & idem tā ratio personæ, ut de tribus personis divinis e-

nunciatur, quam ratio relationis, dicuntur analogie proportionalitatis, ut in fine quintæ disputationis ostensam est.

## §. IV.

Alia scotifcarum argumenta diluvantur,

Praeter argumenta proposita, quibus Scotisti Thomistarum fundamenta conantur militare, alia propomunt ad probandum relationes equalitatis, & similiter admissim in personis divinis reales esse, & non rationis.

In primis sic arguunt: Quid Verbo convenit ex vi processionis, & adoratur ab Ecclesia, tanta est: & non rationis: Sed Verbo convenit ex vi processionis esse æquale Patri, & personarum divinarum equalitas adoratione latræ ab Ecclesia adoratur, ut pater ex illis verbis, qui in praefatione Missæ festi S. Trinitatis cantantur: Ut in essentia unitas, & in personis proprietas, ac in maiestate adoretur equalitas: Ergo illa non est relatio rationis, sed realis. Addunt quod Ariani, & ejus sequaces damnati sunt ab Ecclesia, qui negaverunt personarum equalitatem: Sed ridiculum est dicere, illos ab Ecclesia nulli damnatos, quod relationem aliquam rationis, & ante intellectus creati fictionem non existentes, in personis divinis agnoscere reculerunt: Ergo relatio illa realis est, & ante omnem mensuram fictionem in Deo existens.

Respondeo æquale duabus modis sumi, fundamentaliter scilicet & formaliter: primo modo unitatem quantitatis cum negatione excessus importat: secundò dicit relationem realē, si adhuc omnes conditiones ad illius relatañ necessariæ, rationis vero, si aliqua defit. In priori acceptione, divinarum personarum equalitas ab Ecclesia adoratione latræ adoratur, & Verbo convenit ex vi processionis, ex vi cuius accipit Patris naturam; & hoc Ariani negabunt. Filium creaturam esse afferentes, & consequenter diversæ naturæ à Patre, illigunt interiorē propter quod ab Ecclesia merito damnati sunt. In secunda vero acceptione (nempe relativa & formalis) equalitas nec covenit ex vi processionis Verbo, nec adoratur adoratione latræ, nec de equalitate sic sumpta cum Ariani olim controvèrsia fuit.

Arguunt secundò: Si divinarum personarum equalitas non esset relatio realis, sed tantum rationis, non conveniret personis divinis ab eterno, sed tantum in tempore; cum ens rationis non existat, nisi dependenter ab operatione & factio ne intellectus creati, qui ab eterno non est: Consequens est falsum & absurdum: Ergo & Antecedens.

Huic argumento respondent alii, negando sequelam Majoris: nam ens rationis (inquit) potest duplicitate existere, primò existenti à fili fundamentali, secundò existenti propriæ: prout modo existit ante intellectus apprehensionem secundo autem non nisi dependenter ab illa. Ut autem persona divina ab eterno sunt, & dicuntur aequales, sufficit quod relatio equalitas primo illo modo existendi ab eterno existat.

Sed hæc solutio & doctrina displaceat: Tum quia existentia realis non potest redire, nisi realiter existens: ens rationis autem non potest existere realiter, subindeq; repugnat illud existere per existentiam realē fundamentum. Tum erit quia ens rationis est illud, quod habet solūm esse objective in intellectu. At si existere per existentiam

quam fundamenc, non haberet solum esse objectum in intellectu, sed prae ter modum illum extendi alius ei competeteret: Ergo ens rationis non potest existere per existentiam fundamenti. Unde

Répondent alii, relationem aequalitatis divinarum personarum ab aeterno existere, non via rationis intellectus creari, sed per esse objectivum, quod habet in intellectu divino; cui ens rationis efficer non repugnat, sicut de respectibus idearum docent plures ex Thomistis.

Sed hanciam solutio non placet. Nam ens rationis petit fieri per actionem intellectus, rem afferat est, concipientis: unde cum hic modus concipientis repugnet divino intellectui, omnia in summa in se concipienti, nullum ens rationis possit ab illo formari; nec proinde existere per hoc, quod habeat esse objectivum in intellectu divino, ut in tractatu de scientia Dei ostendimus, agendo de ideis in mente divina existentibus, & de respectibus, quibus illa multiplicantur. His ergo solutionibus prætermis, Ad argumentum respondeo, distinguendo sequelam Majorem: aequalitas personis divinis ab aeterno non conveniret, sumpta formaliter, & propter relationem importat, concedo Majeorem: sumpta fundamentaliter, & prout dicit unitatem magnitudinis cum negatione excessus, nego Majeorem; & sub eadem distinctione Minoris nego Consequentiā. Ut enim in solutione

precedens argumentum dicebamus, aequalē dubius modis sumitur, fundamentaliter scilicet, & formaliter, primo modo unitatem quantitatis cum negatione excessus importat: secundo, dicit relationem in tali unione fundatam: priusmodo aequalitas convenit personis divinis ab aeterno, & independenter ab operatione & functione intellectus creati; posteriori autem modo illi competit solum in tempore, & ab operatione intellectus creati dependet. Quod autem per personam divinam ab aeterno sint, & dicantur aequales, sufficiat quod aequalitas primo modo sumpta illis ab aeterno conveniat, pater: nam idem, sumptum formaliter, relationem rationis importat, quia ab aeterno non existit, & ramen ab aeterno Deus est, & dicitur idem sibi. Relatio etiam Domini in Deo non est realis, sed rationis; & tamen ante omnem intellectus fictionem. Deus est, & dicitur Dominus creaturarū, quia illi convenit fundamentum relationis Domini, nullo intellectu fingente. Item relatio filiorum Christi ad beatam Virginem, non est realis, sed rationis, ut docet D. Thomas 3. parte quarti, 35. art. 5: & tamen quia fundamentum dicit relationis convenit Christo ante intellectus fictionem, dicitur filius Virginis realiter, etiam nullus intellectus fingat relationem rationis. Ita similiter in proposito persona divina ab aeterno sunt, & dicuntur aequales: quia ab aeterno illis convenit fundamentum aequalitatis quamvis relatio, per quam aequalis relativè constituantur, realis non sit, sed rationis; nec illis ab aeterno, sed in tempore conveniat.

Sed contra istam solutionem insurgunt Scoti, sed cuncti primò, quod ex illa sequeretur, de homine ut à parte rei existente, praedicari, quod est in species; & de animali, ut à parte rei existente, quod sit genus: Consequens est falsum. Ergo &c. Sequitur patetnam homini à parte rei convenientium fundamentum relationis speciei; & animalium fundamentum relationis generis: Ergo si

A personae divinae dicuntur aequales è parte rei, quia illis ut realiter existentibus convenit fundamentum relationis aequalitatis, de homine à parte rei existente prædicabitur esse speciem, & de animali esse genus.

Secundò, Juxta nostram doctrinam non convenit personis divinis, ut à parte rei existentibus, fundamentum relationis aequalitatis: Ergo de illis ut sic non potest dici esse aequales. Consequentia patet ex dictis, Antecedens probatur. Fundamentū relationis aequalitatis non est sola unitas quantitatis, vel magnitudinis cum negatione excessus, nisi adjuncta distinctione unius quantitatis ab alia, ut supra docuimus: Sed hujusmodi distinctione nō convenit personis divinis ut à parte rei existentibus: nam licet inter se distinguantur proprietatibus relativis, essentia tamē unius, supra quam fundatur aequalitas, non est à parte rei distincta ab essentia alterius: Ergo personis divinis, ut à parte rei existentibus, non convenit fundamentum relationis aequalitatis.

Tertio, Effectus formalis sine forma existere nequit: Sed esse aequale, est effectus formalis relationis aequalitatis: Ergo sine illa persona divina, ut à parte rei existentes, non possunt esse, nec dici aequales.

Denique si persona divina ab aeterno sint, & dicantur aequales, nullā ratione existente, superfluit omnino relatio aequalitatis: Sed hoc dicere non debet: Ergo nec illud.

Hæc tamen instantia prædictæ solutioni non obstant. Ad primam enim responderetur, negando sequelam & paritatem. Ratio autem discriminationis est, quia fundamentum proximum relationis speciei non convenit hontini, ut à parte rei existenti, sed tantum remotius autem denominatio nominis relativi subiecto conveniat, oportet ut fundamentum proximum illi competat. Et hoc in nostro casu contingit: nam fundamentum proximum relationis aequalitatis est unitas magnitudinis cum negatione excessus, quod personis divinis convenit à parte rei. Et insto argumentum in relatione domini, quæ non nisi per intellectum convenit Deo, cum sit rationis; & tamen Deus dicitur realiter Dominus, quia fundamentum predictæ relationis convenit Deo: ex quo non infertur, idem dicendum est de denominatione speciei, vel generis respectu hominis aut animalis.

Ad secundam, nego Antecedens. Ad cujus probationem, distinguo Majeorem: ita ut distinctione unius quantitatis ab alia sit fundamentum vel ratio fundandi relationem aequalitatis, nego Majeorem: distinctione se habente tantum ut conditione, & tinitate ut ratione fundandi, concedo Majeorem; & concessa Minori, nego Consequentiā. Solum enim sequitur, non convenire personis divinis à parte rei conditionem requiritam, ut sequatur relatio aequalitatis, non autem quod fundamentum talis relationis illis realiter non conveniat.

Ad tertiam concessā Majori, distinguo Minorē: esse aequalē formaliter & relativē, est effectus formalis relationis aequalitatis; concedo Minorem: esse aequalē fundamentaliter, nego Minorem & Consequentiā; vel distinguo Consequens distinctione Minoris.

Ad ultimam nego sequelam: Nam licet relatio aequalitatis ab intellectu nostro confuta, necessaria non sit ad esse divinarum personarum, nec ad illarum unitatem in essentia, necessaria tamē

**A**est, ut ab intellectu nostro pro hoc statu concipiatur  $\alpha$ equales: nos enim viatores illas ut  $\alpha$ equales concipere non possumus, nisi ad modum quod res creatae constituantur  $\alpha$ equales, ac proinde non nisi relativae, relatione consecutae ad nostram apprehensionem: unde predicta relatio superflua censeri non debet, sicut nec relatio dominij in Deo nostram subsequens apprehensionem superflua censetur, quamvis ad esse Dei nullatenus requiratur, nec ut realiter Dominus sit.

**42.** Objectione ultima Scoti Discipuli: Verbum divinum, cum sit imago Patris, referunt ad illum relationes similitudinis: Sed haec relatio, ut potest eadem cum relatione Filii, realis est, & non rationis: Ergo in personis divinis reperitur relatio realis similitudinis.

**43.** Respondeo in Verbo divino duplē distinguiā Theologis relationem similitudinis; unā, qua supra unitatem essentia divina fundatur; alteram, qua licet unitatem illam supponat, vel connotet, supra illam tamen non fundatur, sed supra originem, vel expressionem, aut natura divina communicationem. Prima relatio est  $\alpha$ quiparentia, hoc est ejusdem denominationis in utroque extremitate, & pertinet ad primum genus: altera est disquiparentia, seu diversa denominationis in extremis; nec est primi, sed secundi generis. Prima distinguitur à filiatione, non autem secunda. Prima denique (de qua solum in praesenti est quæstio) non est realis, sed rationis, eo quod ratio fundandi (unitas scilicet divina essentia) in utroque extremitate non multiplicetur: altera vero realis est; quia illius fundamentum, scilicet passiva generatione, realiter distinguitur ab activa generatione, saltem ratione illius, quod in obliquo importatur, ut antea explicatum est.

## S. V.

Corollarium notatu dignum.

**44.** Ex dictis inferes contra Raphaëlem de Averroë, sa hinc quæst. 2. sect. 2. & quosdam alios Recentiores, in personis divinis non dari relationem realem  $\alpha$ qualitatis, aut similitudinis, fundatam in proprietatibus personalibus, & virtualiter distinctam a relationibus originis. Theologi enim, præter quatuor relations originis nullam aliam in Deo relationem realem agnoscent: Atqui si daretur relatio realis  $\alpha$ qualitatis, aut similitudinis supra paternitatem aut filiationem fundata, & virtualiter ab illis distincta, jam plusquam quatuor relations reales in Deo admittendæ essent, ut manifestum est: Ergo non datur talis relatio.

**45.** Deinde, si divinarum personarum similitudo attendetur, non solum secundum perfectiones abolutas, sed etiam secundum proprietates relativa, sequeretur Filius esse magis similem Patri, quam Spiritum sanctum: Sed hoc absurdum est: Ergo & illud. Probatur sequela: Filius enim assimilaretur Patri in relatione Spiratoris, in qua Spiritus sanctus illi assimilarinon potest: Ergo efficit Patri similior.

Præterea, Cūm relations divinae non gaudent, perfectione relativa, virtualiter à perfectione essentia distinet, sed infinitam tantum essentia perfectionem implicitè includant, ut sufficiat, pra olentum est, ratione solum essentia possunt  $\alpha$ qualitatem fundare: relatio enim  $\alpha$ qualitatis fundatur in unitate magnitudinis, seu perfectionis cum negatione excessus, ut patet ex supra dictis.

## DUODECIMA

Denique admisso adhuc aliâ sententia, quæ docet relationes perfectionem relativam essentia superaddere, concedendo non solum divinas personas relatio  $\alpha$ qualitatis aut similitudinis fundata in proprietatibus personalibus, quia, ut docet D. Thomas hic art. 1. ad 4. una relatione non potest aliam relationem fundare, alias daretur processus in infinitum: Sed propentes personales sunt formaliter relationes: Ergo super illas fundari non potest relatio realis  $\alpha$ qualitatis, aut similitudinis.

Dices Pater & Filius in ratione personæ constitutis proprietatibus relativis, & tamen ut sic constituti referuntur ad Spiritum sanctum relatione Spiratoris virtualiter distincta a paternitate & filiatione: Ergo relatio divina capax est, ut referatur per aliam relationem reali virtualiter distinctam.

Respondeo concessio Antecedente, distinguendo Consequens: Relatio divina sumpta in abstracto capax est, ut referatur, nego. Sumpta in concreto, & prout idem est quod persona, cedo. Sic enim persona Patris, quamvis per relationem constituta in ratione personæ, est principium quod generationis, & referatur quod per paternitatem sub conceptu referentis ita Pater & Filius relationibus constituti, sunt principium quod processionis Spiritus sancti, & referuntur ut quod relatione Spiratoris. Hoc tamen relatio non fundatur in paternitate & filiatione, sed in spiratione activa utriusque communis. Ex quo tantum sequitur, relationem divinam concretivè sumptam (quæ ratione idem est quod persona) esse capacem, ut referatur ut quod, elatione, non in ipsa, sed in spiratione activa fundata, quod libenter fatetur: non autem quod possit esse fundamentum ulterioris relationis, per quam ipsa in abstracto sumpta referatur ut quod.

Quærum hic aliqui, in personæ divinae sumptu & dici debeant  $\alpha$ equales, non solum in magnitudine & perfectione, sed etiam in eternitate & duratione? Ratio dubitandi est, quia inter illas respectur prioritas & posterioritas originis, quod ipsarum coæternitatem videtur obstat.

De fide tamen certum est, personas divinas esse in duratione  $\alpha$ equales. Hoc patet primum ex symbolo Athanasi, ubi dicuntur illæ unitæ termini: At æternitatis unitas non patitur in qualitatem durationis: Ergo tres personæ divi- sunt in duratione  $\alpha$ equales.

Secundum paret, quia duratio immutabilitatem consequitur, immutabilitas vero actualitatem: Sed tres personæ divinae sunt ejusdem  $\alpha$ qualitatis, cum sint ejusdem essentia & excellentia: Ergo sunt ejusdem immutabilitatis, & consequenter ejusdem durationis.

Tertiò, ut egregie discutit D. Thomas hic art. 2. quod terminus productus non coexistat suo principio, vel provenit ex imperfectione principij, quia nempe non statim ab inicio efficitur, qui ob debilitatem virtutis generare non potest: vel quia agens liberum est, & pro sua libertate non statim producit effectum: vel denique, quia actio, per quam terminus producitur, est successiva: Sed nihil horum reperiatur in processione divinarum personarum; nam Pater v.g. non ex electione libera, sed naturaliter Filium producit; illius enim natura ab eterno fuit perfecta; & actio quoq; quæ Filium producit, non

afficietiva: Ergo personæ divinae coæternæ sunt, ac in duratione æquales. Unde, ut notat idem S. Doctor, supra quest. 34. art. 2. ad 3. & super cap. 1. Joan. lect. 1. *Filius, splendor Patris, in Scriptura appellatur, ut Patri coæternus ostendatur, sicut splendor est coætus luci.* Idem docet Ambrofus lib. 4. de fide, his verbis: *Lux splendorem generat, nec comprehendere potest, quod splendor est in luci posterior sit, aut lux splendore antiquior: sicut lumen, & splendor est; nec splendor potest esse in lumine, quia & in splendore lumen, & in lumine splendor est.* Vnde & Apostolus *splendorem gloria Filius dixit, quia splendor paterna lucis est Filius: coæternus, proper virtus eternitatem; inseparabilis, proper claritatem unitatem.*

Ad rationem vero dubitandi respondent alii,

negando in Divinis reperiri prioritatem originis, quibus favere videtur D. Thomas hic art. ubi concedit inter divinas personas ordinem, ne prioritate verbis ferre intutatis ex Augustino lib. 5. contra Maximum cap. 14. Alij eum docent in 1. dist. 28. quest. 3. talem prioritatem inter personas divinas admittunt. Cajetanus veritabile in commentario articuli 3. censet esse disputationem tantum de nomine; lingua coibendant esse, nec concedendam prioritatem realiæ solitudine, sed ad summum cum addito, nempe prioritatem realiæ originis. Quidquid tamen horum alteratur, perficit semper divinarum personarum coæternitas, & in duratione perfecta æquitas: huic enim non officit prioritas realis originis, sed tantum prioritas durationis, & prioritas quo realis causitatis; quarum utramque fides relegat a personis divinis.

Agunt etiam hinc aliqui de mutua ac reciprocum personæ divinae in alia existentia, quæ in Latinis, *Circumfessio*, & à Græcis *περιώπτης*, appellatur; & querunt quod modis una persona dicatur esse in alia?

Huc questioni respondet D. Thomas hic art. 3. quoniam per sonam divinam tribus modis dicuntur. Primo quidem ratione essentialiæ, quæ unius personæ communis est: Secundo ratione correlationis mutuæ, quæ unum relativum dicunt esse in alio secundum intellectum. Terteratione originis, quæ cum sit actio immaterialis, exigit ut id quod procedit, maneat in principio a quo procedit, & non separetur ab illo. Unde Zeno Veronensis Verbum Divinum, nobis corda Patri inquitum, appellat. Et Tertullianus in Apolog. cap. 17. art. 4: *A matrice non recessit, sed excepit.* Item Divus Augustinus 7. de civ. primam Trinitatis personam, patrem & matrem simul appellat, ad significandum discrimen, quod inter Patrem Divinum & patres terrenos intercedit: hi enim filios extra se generant, illi vero in suo pectori, & divinitatis suæ videntibus, Verbum productum retinet, quod metaphorice materna quadam proprietas designatur. Ad quod alludens Synodus Antiquissimus Doctor, hymno 3. de Patre æterno canit: *Tataper & mater, radix & summus ramus, feminas & mas; nesci quod parte, nesci quod partur.*

Idem in Spiritu Sancti processione observavit. Mulfus Bituncinus, libro de sacra historia, subiecto scribit: *Vixit Deus & spirat spiritum. Vere, inquam, spirat; non emittit solum, sed attrahit & retinet. Si homo emitteret spiritum, & non attraheret, non vivaret. Porro si unum aerem attrahit, aliud emitit; si spirat, ut respiret.* At vero Deus eundem Spiritum.

Item 11.

**A** tum a se emittit, & in seipso retinet: ideoque non tantum spirat, sed etiam respirat. Non emittit spiritum suum, ut radix ramos, sed ut ignis calorem, lux lumen, ut mens sapientiam, amor amorem. Num separatur amor ab amante? Amor quidem extasim facit, quia impulsus est amantis: separationem tamen nullam infert, quia nexus est individuus, catena suavisima, quæ invicem colligantur amantes, ut jam non sint duo, sed unum; in nobis unitate affectus, in Deo unitate etiam substantia, ob summam divinæ naturæ simplicitatem.

Denique de hac ineffabili personarum divinarum circumfessione, in quodam hymno canit Ecclesia:

**B** In Patre totus Filius,  
Et totus in Verbo Pater.

Et ipsemet Christus Joan 14. perfectam illius intelligentiam usque ad claram Dei visionem differendam esse docet, dicens: *In illa die (æternitatis scilicet & beatitudinis) cognoscetis, quia ego in Patre, & Pater in me est.*

Cæterum licet in hac mortali vita, mirabilem hanc unius personæ in alia existentiam non valamus perfecte cognoscere; postulamus tamen illam participare, & aliquam ejus imaginem in nobis exprimere Nam ut dicitur 1. Joan. 4. *Deus caritas est, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Quæ verba mellifluus Doctor expedit, hic ait: *Deus caritas est, quid pretiosius? & qui manet in caritate, in Deo manet, quid secundius? & Deus in eo, quid iucundius?*

Tractant etiam hic aliqui de applicatione seu appropriatione essentialium divinis personis, de qua D. Thomas supra quest. 39. art. 8. ubi querit: *Vtrum convenienter a scilicet Doctoribus sint essentialia personæ attributa?* Et respondet affirmativè: Cum enim (inquit) Deum non cognoscamus nisi per creaturas, sicut quadrupliciter has cognoscimus. Primo ut in se absolute, secundo ut sunt quid unum, tertio ut habent virtutem ad agendum, quartò ut dicunt habitudinem ad effectus: ita quadrupliciter cognosci potest Trinitas, & triitem modis attribuiunt illi essentialia.

In primis enim si considerentur personæ in se absolute, valet appropriatione Hisarii, dicentis: *Æternitas in principio specie in imagine, usus in munere:* æternitas enim recte appropriatur Patri, quia sicut æternitas non habet initium, ita nec Pater originem. Pulchritudo Filio, quia illa tribus consistat, nempe integritate, nam mutua sunt deformia; proportione ad exemplar, unde tabella aptè exprimens monstrum, pulchra dicitur; & colore vivido, ac luce, quæ pulchritudinem animat. Hæc vero tria competit Filio, ex vi sua originis, quia habet totam Patris naturam, est illi simillimus, & candor lucis æternæ. Item usus recte attribuitur Spiritui sancto, cum sit donum quo fruimur.

Juxta secundam considerationem valet attributio Augustini, qui Patri appropriat unitatem, quia nihil supponit, cum sit persona improducta: æqualitatem Filio, quia æqualitas duò supponit, & importat unitatem, cum respectu ad alterum; & concordiam Spiritui Sancto, quia est Dis. 18. nexus Patris & Filii, ut fuse supra declaravimus.

Juxta tertiam considerationem valet attributio communis, sive attendamus quæ propria sunt

cuiuslibet personæ, sive dissimilitudinem illarum à creaturis; sic ex utroque capite Patri competit potentia, tum quia est principium omnium processionum, tum etiam quia est dissimilis patribus creatis, vetustate debilibus: Filio sapientia, tum ratione originis, cum sit Verbum & terminus cognitionis infinitæ Patris, tum dissimilitudine à filiis creatis, ut plurimum juventute insipientibus: Bonitas Spiritui Sancto, tum origine, quia est amor bonitatis increata, tum dissimilitudine ab amore creata, sape malo, & inordinato.

Tandem secundum ultimam considerationem valet attributio Pauli dicentis, omnia ex ipso, per ipsum, & in ipso esse. Omnia enim sunt ex Patre, tanquam ex efficiente per potentiam; per Filium tanquam per exemplar & principium de principio creaturarum; & in Spiritu Sancto, qui omnia continet non quidem ratione idearum (nam verbo proprium est, sic continere omnia) sed ratione bonitatis Dei, quæ res conservantur, & ad illum ut finem ultimum ordinantur.

### DISPUTATIO XIII.

#### DE M I S S I O N E D I V I N A R V M personarum.

*Ad questionem 43. D. Thomæ.*

**H**æc disputatio se habet per modum chronidis ad totum istum Tractatum: ultima enim consideratio comparativa personarum divinarum est in ordine ad creaturas, secundum quod dicuntur ad illas mitti, vel ad eas venire: unde de missione divinarum personarum ultimo loco cum Sancto Doctore hic agendum est.

#### ARTICULUS PRIMUS.

*Quid sit missio, & quibus personis  
conveniat?*

*s. i.*

*Premittuntur quo apud omnes sunt certa, &  
referuntur sententia.*

**M**issio in communii significat processionem seu egressionem ab aliquo cum destinatio- ne ad aliquem effectum, vel ad aliquem locum de novo: unde ad illam quatuor concurrunt, scilicet persona mittens, persona missa, terminus ad quem, & egressio seu processio ejus qui mittitur. Potest autem, ut docet Divus Thomas hic art. 1. tripliciter fieri: vel per imperium, sicut dominus mittit servum in villam: vel per consilium, sicut medicus dicitur mittere Regem ad balnea: vel per originem, sicut flos emititur aribo, ratus à sole, & rivus à fonte. Ex quo patet missione reperiri in Divinis, seclusis tamen imperfectionibus, quæ in creaturarum missione contingunt, verè enim una persona ab alia egreditur (non per imperium, aut consilium, sed per originem) fitque speciali modo præsens creatura, non per loci mutationem, sed per novi effectus productionem. Unde Divus Thomas in 1. ad Annibald., dist. 15. quæst. unicâ ar-

A 1. egregie observat, quod in missione creaturæ quatuor reperiuntur: unum ex parte mittentis, scilicet authoritas; alterum ex parte missæ, scilicet separatio ejus à mittente; tertium ex parte termini à quo, scilicet loci mutatione; quartum ex parte termini ad quem, scilicet effectus aliquis, ad quem producendū persona missa destinatur. Et subdit, primum & ultimum: quia perfectio- nis sunt, convenire personis divinis: licet enim in Divinis non datur authoritas per modum imperij, bene tamen per modum originis: secun- dum verò & tertium, quia imperfectionem di- cunt, à missione divinarum personarum relege- ri. Et articulo præcedenti in responsione ad, docet, quod licet Angeli superiores sint mittan- tur, quia non possunt mitti sine loci mutatione, quæ illis non convenit, bene tamen persona di- vina, nam illa non mutant locum, cum ad nos mutantur.

Hæc sunt certa & indubitate apud Theologos. Sed diffidium ac disputatio est inter illos, pro quo supponat divina missio; an pro ipsa produc- tione effectus, quæ temporalis est; an vero pro processione & origine personæ divina, quæ ab eterno illi competit? Quidam missione in solo temporali effectu collocant: alii in sola origine, per quam persona missa communicatur potestia & voluntas producendi effectum temporale, ratione cuius fiat novo modo præsens creature.

*s. ii.*

*Vera sententia statuitur.*

**D**ico tamen, nec solam processionem aeternam, nec solum effectum temporalem, esse missione, sed illam pro utroque supponere, & utrumq; importare; in recto quidem ipsam personarum originem, jū obliquo verò novum effec- tum in creatura productum.

Probatur primò ex D. Thomâ hic art. 2. ad 3. ubi ait: *Misso includit processionem aeternam, & ali- quid addit, scilicet temporale effectum subindeque*

**D**illud inter missione & generationem ponit di- scrimen, quod missio importat habitudinem ad principium, in ordine ad terminum tempora- lem, generatio autem in ordine ad terminum aeternum.

Favet etiam Augustinus lib. 2. de Trinit. cap. 5, ubi ait: *Apatre exire, & venire in hunc mundum, mitti est.*

Probatur secundò: Missio divina essentialiter importat originem à persona mittente: Ergo non est solum operatio Dei externa & temporalis, sed etiam novus modus essendi in creatura, sed origi- naria persona missæ, ut connotans operationem exterianam & temporalem. Consequens pater, probat Antecedens. Missio personæ divina essentialiter importat exitum à persona mittente: Sed hic exitus nequit esse alius, quam origi- naria ab illa: Ergo essentialiter importat aliam originem. Major est certa, missio liquidem es- sentialiter dicit egressionem ex eo a quo sit. Mi- nor verò probatur. Duplex tantum est egressio à mittente: una moralis, consistens vel in imperio, ratione cuius inferiores à superiori sive do- mino, & Angeli à Deo dicuntur mitti & egredi- vel in precibus, aut consilio, sive suatione, ratio- ne quorū in humanis homo dicitur mitti ab alio homine ad aliquod munus, sive officium ex- cendendum: altera est physica, consistens in natura- li origine, ratione cuius radius v.g. dicitur emi-